

A D D E N D A
E T
E M E N D A N D A.

-
- P**ag. 161. *Iac. Wencker* in collect. Arch. & Cancell. ad *Bern. Mallinckrodt* de Archicancell. & Cancell. &c. p. 428. aduertit, *Iacobi* nostri patrem forsitan fuisse illum *Iacobum Wimphelingum de Brumat*, siue *Brumpt*, qui anno 1443. die Iouis post *Erhardi* ob ductam vxorem Argent. matriculae ciuium inscriptus fuerit. Quod tamen recte corrigit *V. C. Oberlinius* in aduersariis suis MS. dum scribit: " Nomen „ patris declaratur in monumento alio, quod in eodem „ apud *Selestadinos* templo: *Magdatenae Wimphelingiae* „ *Nicolai F. nuptae primum Iacobo Spiegel, dein Io. Maio* „ positum legitur. „
- 178. not. *) lin. 3. Sane est mihi ad manus editio anno 1505. foll. 4. cuius epigraphe: *Seeta monopolii, seu congregationis bonorum sociorum.*
- 196. ante n. 20. add. *Index alphabeticus* siue repertorium *D. Iohan. Bekenhaub (Beckenhaub)* Moguntini in scripta *Diui Bonauenturae* super quatuor libris sententiar. fol. Sequuntur 1. varij *articuli erronei* omnium pene facultatum in Anglia & Parisijs studiose & autoritatiue condemnati cum *reuocationibus* eorundem; 2. *Seraphici* profundissimique *Doctores* ordinis fratrum minorum *Diui Bonauenturae* Cardinalis & sanctorum catalogo adscripti opus non minus subtilissimum, quam speculatiuum super primo sententiarum. 3. Praefatio *Io. Bekenhaub* Moguntini ad euangelicae theologiae summum doctorem dominum *Nicolaum Tinctoris* de *Guntzenhausen* imperialis ecclesiae *Bambergensis* praedicatorum. 4. *Nicolai Tinctoris* de *Guntzenhausen* doctoris theologiae praedicatoris imperialis ecclesiae *Bamb.* allocutio, ad *M. Ioannem Bekenhaub* Mogunt. dat. ex *Bamberga*